

*50. Instrumentum venditionis di Nicola
de Actareno, Ducata sua moglie e il
giovane Giovannotto de Actareno in
favore di Nicola de Girardo di Potenza*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*50. Instrumentum venditionis di Nicola
de Actareno, Ducata sua moglie e il
giovane Giovannotto de Actareno in
favore di Nicola de Girardo di Potenza*

1353-04-14

(c. 236r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno eius nativitate millesimo tricesimo quinquagesimo
tertio, regnantibus dominis nostris domino Lodovico et
domina Iohanna Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege et
regina, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie
et Forcalquerii ac Pedimontis comitibus, regnorum
vero eorum ditti domini regis anno quinto et affate
domine nostre regine anno undecimo feliciter amen,
die quartodecimo mensis aprilis, sexte inditionis, apud
civitatem Potentie

Nos Tomasius de David olim in anno nuper elapso
quinte inditionis iudex civitatis Potentie in defettu
aliorum iudicum nondum in ditta civitate pro presenti
anno sexte indictionis per curiam creatorum, Angelus
de Bono Pari puplicus eiusdem civitatis notarius et
testes subscripti inlitterati et litterati ad hoc specialiter
vocati et rogati, presenti scripto publico instrumento
notumfacimus atque testamur quod constituti in nostri
presentia Nicolaus de Attareno, donna Ducata mulier,
uxor eius, et Ioannottus de Attareno de Potentia, mero
iure Romano viventes sicut ceteri homines et mulieres
ditte civitatis Potentie ab antiquo vixerunt et vivunt,
vendiderunt, tradiderunt et per fustem assignaverunt iure
proprio et imperpetuum Nicolao de Girardo de eadem
terra Potentie, ibidem presenti et recipienti pro se et
suis heredibus et successoribus, subscriptas duas petias
terrarum; videlicet: petiam unam terre sitam in tenimento
Potentie in contrata de Pasto, cuius hoc dixerunt esse
confines: a duabus partibus sunt vie puplice, a tertia parte
inferiori et posteriori predittorum; item petiam unam
alias terre sitam in eodem tenimento, in contrata Pontis,
his finibus circumdata: cuius a duabus partibus // (c.

236v) <tenent> ditti venditores mediante via puplica, de tertia parte tenet ecclesia Santi Girardi, a quarta parte est strata puplica et si qui alii sunt confines. Has autem petias duas terrarum qualibet sunt prescriptis finibus circumdatas per designata latera, una cum omnibus accessionibis et ingressionibus suis preditti venditores eidem emptori vendiderunt et tradiderunt, ut dittum est, pro unciis duabus et tarenis sex in hanc argenti, sexaginta per unciam computatis ponderis generalis, quam quidem pecuniam preditti venditores fuerunt confexi et contenti se a ditto emptore presentialiter et manualiter recepissee et habuisse nomine pretii supraditti, totum silicet pretium venditionis ipsius; renuntiantes expresse ditti venditores exceptioni non numerate pecunie, non ponderati et eletti argenti et omni alii iuris et legum auxilio per quod posset ditta confexio seu venditio retrattari ac huius scripti tenor posset in aliquo minui vel infringi. Quapropter ditti venditores dederunt et tradiderunt tam eidem emptori quam heredibus suis liberam, plenariam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo <voluerint> alienandi petias duas terrarum supradittas cum omnibus iuribus, accessionibus et ingressionibus suis; promittentes insuper preditti venditores eidem emptori pro se suisque heredibus <sic> eidem emptori pro se suisque heredibus, litem vel controversiam ipsi emptori suisque heredibus nullo unquam tempore non inferre nec inferenti consentire, immo dittas petias duas terrarum tam in proprietate quam in potestate ab omni homine legitime defendere, // (c. 237r) antestare et disbrigare et predittam venditionem, omnia et singula subscripta et infrascripta perpetuo firma, rata habere et tenere et non contrafacere vel venire, per se vel

alium aut alios, aliquam causa, vel ingenio, de iure vel
de facto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena dupli
ditte pecunie quantitatis, medietate ipsius pene regie
et reginali curie et reliqua medietate ditto emptori vel
heredibus suis si secus inde fatta fieret applicanda,
me preditto notario puplico pro parte ipsius curie et
ditto emptore pro se et suisque heredibus legitime
et solemniter stipulantibus. Qua pena soluta vel non,
supraditta omnia et singula in suo robore perdurent;
insuper dittus Ioannes venditor dixit se esse maiorem
quatuordecim annis et suo sacramento firmavit et ad
maiorem cautelam preditti venditores in manibus ditti
emptoris ad santa Dei Evangelia corporaliter per eos libro
tatto iuraverunt supraditta omnia et singula inperpetuum
observare et quodlibet premissorum facere ab omnibus
observari.

1

2

3

4

5

Et taliter ego idem Angelus de Bonopari puplicus
Potentie notarius hoc presens puplicum instrumentum
de mandato contrahentium exinde fattum est per manus
mei qui supra Angeli de Bonopari puplici civitatis
Potentie notarii quia predittis omnibus rogatus interfui
Così S qui, nel regesto Astarano, in docc. coevi Actareno
Così S per Pasci
Salto non segnalato in S
Così S, con segno abbreviativo, per carlenis
Così S qui, nel regesto Astarano, in docc. coevi Actareno

et meo solito signo signavi. † Ego Tomasius de Ditto
iudex Potentie qui supra † Ego diaconus Martinus de
notario Andrea testis interfui † Ego presbiter Augustus
de Anatrono testis interfui † Ego presbiter Matheus
de Ogerio testis interfui † Ego presbiter Angelus de
Miclatrano testis interfui † Ego presbiter Angelus de
Pantaleo testis interfui † Signum crucis proprie manus
magisti Andrea de Alfano testis scribere nescientis

Così S, periodo poco coeso

Così S per David

Così S, in docc. coevi Millarano